




40  
 15  
 12  
 5  
 72

Secundus  
modus.

iunxeris, habebis 55; si denique hisce addideris numerum sub duobus n, habebis 67; quibus si numerum 5 sub n contentum addideris, habebis 72. Iterum alio modo septuaginta duo Dei nomina exhibent sub nomine Dei tetragrammato, vt sequitur.

Primò enim scribunt illud quatuor suis literis expansè; deinde vniuscuiusque literæ lineis tria puncta siue circulos apponunt: Et cum nomen Dei bifariâ diuisum det duo nomina n & m, quorum vnumquodque essentiam Dei intrinsecam denotat; hinc primum nomen n duodecim circulos, quos ipsi Mundos vocant; & totidem m *vebu* habebit, adeoque vtrumque 24, in quibus explicandis 24 volumina totius legis diuinæ occupantur; singulis circulis seu Mundis apponunt tres apices in modum coronæ, & nihil aliud, quàm nomen Dei tribus <sup>h</sup> exhibitum significant, siquidem tres in Deo existendi modos, *Kether*, *Chohma*, *Binab*, quas nos diuinas hypostasies appellamus, indicant; atque his omnia Mundi corpora, & quicquid in singulorum Mundorum ordinibus rerum siue sensibilem, siue insensibilem inest, signatum spectatur. Porro terni apices 24 circulis impositi numero sunt 72, quæ sunt veluti centra quædam septuaginta duorum Mundorum idealium (quæ per septuaginta duas familias in vniuersum Mundum propagatas aptè indicantur) à quibus omnia vti profluunt, ita in eadem resoluuntur; multa quidem respectu rerum creaturarum, vnum tamen reuera quoad essentiam diuinam, centrum centrorum, quod & vnum illud impartibile & ineffabile Dei nomen congruè signat. Verùm nomen 72 literarum, vti explicuimus, in Pardes exhibetur, vt sequitur.

*Nomen Dei 72 literarum in nomine Dei tetragrammato mysticè exhibitum.*



Sed nè quicquam proprio ingenio confinxisse videamur, audiamus Authorem Pardes, hoc ipsum his verbis describentem in porta 16. vbi nomen Dei 4 literarum fusè explicat:

נמצא בקבלה הגאונים בסוד כתיבת שם בן ד' וחוקתו ד' ל' חוראת הגאון  
 לחלמידיו כי כתיבת כל אות ואות בצורת ג' נקודות כקדויות ומחולקות לג' ראשים  
 וחלק כל ראש וראש לג' נקודות ועד אשר יעלה כל מספר הנקודות לכד כמספר כ"ד  
 צורתה רוחניות פנימיות למספר כ"ד ספרו המקרא יב' משפיעים דיב מושפעים יב'  
 נותנים ויב' מקבלים והם סוד שבטי יה עדות להש' וזה ציורו וכל נקודה  
 יש לה ג' ראשין וג' אותיות הקדש עולים כלם למספר השם הנסתר מ"ב ועם כחרי  
 האות האחרון עולים כלם למספר השם הנכבד ע"ב :

Id est, Inuenimus in Cabala Hægeorum ( ita vocant Magistros sapientes post Amoram, & ita dicuntur, quod legem in 60 tractatus diuisam explicarent, quod & nomen יהוה in numeros resolutum indicat. ) de arcano nominis Dei quatuor literarum, & constituere illud Geonim, disipulis suis; quoniam Scriptura huius nominis hæc est: Unaqueque litera quosdam formas suam ex tribus punctis siue Iod constat, & unumquodque in tria capita diuiditur, quorum numerus pertingit ad 24, iuxta numerum formarum spiritualium intrinsecarum, iuxta numerum librorum legis 24, è quibus 12 influunt, 12 influuntur, 12 dant, & 12 accipiunt, quod est mysterium in testimoniū tribuum fil. Israël; hæc est eius figura: Omne punctum habet tria capita, & tres literas sanctas, que ascendunt veluti in coronis suis ad numerum nominis occulti, quod est, 42 literarum, & cum coronis literæ posterius ascendunt omnes ad numerum Nominis inclyti & reuerendi septuaginta duarum literarum. Postea subiungit quomodo Deus sanctus & benedictus ex inaccessa diuinitatis suæ caligine septuaginta duobus vestimentis indutus in Mundum processerit; verum cum ea longiora sint, quam temporis & operis ratio postulat, omittenda dixi; solum hoc loco, vnde septuaginta duo nomina diuina tetragrammato nomine vestita producta fuerint, explicandum restat.

Deus itaque Optimus Maximus ex impenetrabili, aiunt, caliginis suæ abyssu Mundo illabens, primò se Angelico septuaginta duobus vestimentis indutus inferuit, id est, virtutes suas operationesque septuaginta duabus Intelligentijs principalibus communicauit; qui denique eadem virtute reliqua 72 Mundi sensibilis systemata, prout alij Cœlis, alij elementis, alij mistis corporibus, alij spiritualibus substâtijs, alij alijs præsent, signauerunt, iuxta illud Exodi 23. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te &c: aud: vocem eius, nec condemnatum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Per quod cognoscimus, nomen Angeli optimo ritu Dei nomen comprehendere quandoque debere. Ideo cum Cabalici Angeli cuiusuis nomen significatiuè pronunciare nequeunt, subsidio alicuius nominis Dei, quod illi adiungunt, totum simul proferre consueuerunt; sic tres hosce characteres: מִיָּב : גַּבְרִי : מִיָּב ad significandum Angeli nomen improprie vident vsurpari, nisi nomen Dei אֵל El addatur, & fiat, מִיָּבֵל : גַּבְרִיאֵל : מִיָּבֵל : Michael, Gabriel, Raphael. ita iidem quoque in alijs Angelicis nominibus sacram scripturam imitantes dicunt Raziel, Iophiel, Tsadkiel, Beliel, Maltiel, Vriel, & pari passu cœtera. Sunt autem duo nomina Dei Angelis maximè congrua אֵל־El, & יָהּ־Iah; quorum hoc beneficia & misericordiam Dei in operibus suis elucescentè, illud vim & energiã fortitudinis & iudicij aptè designat, iuxta illud:

ד"ל  
 Rabbinum n-  
 firi memona  
 eorum in be.  
 dedicatione.

Vnde 91. no-  
 mina diuina  
 tetragram-  
 mato nomine  
 vestita, pro-  
 ducta fuerint.

Cabalici que-  
 modo Angeli-  
 orum nomi-  
 na formant.

Duo nomina  
 Dei Angelis  
 optimè con-  
 gruunt  
 אֵל & יָהּ.

יה שחוא עולם החכמים ארזי שחוא עולם הדין : *Si iniquitates obseruaueris* יי Lab , Domine, quis sustinebit ? quem versum c. 8. portæ lucis, יי Lab, seculum, clementiæ, Adonai seculum seueritatis iudicij explicat : Optimus igitur nobis Deus est, quia clementissimus ; & maximus, quia fortissimus ; quæ duo hæc nomina, יי & אל , pulchre exponunt ; quorum alterum si quocuique septuaginta duorum nominum coniunxeris, efficies septuaginta duo Angelorum, quorum singuli supra citato Dei nomine tetragrammato signati sunt, nomina. Continentur hæc nomina mysteriosa, ut Cabalici putant, & operose nimis deducunt, in c. 14. Exodi, in tribus versibus consequentibus 19. 20. 21, quorum primus ita se habet :

Verfus tres Exodi 14. continentes 72 Dei & Angelorum nomina.

ויסע מלאך האלהים החלך לפני מחנה ישראל ויילך מאחריהם ויסע עמוד הענן מפניהם ויעמר מאחריהם :

Verfus I.

*Et profectus est Angelus Dei, qui precedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis, & stetit post eos.*

Verfus II.

ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל ויהי הענן והחשך ויאר את חלילה ולא קרב זה אל זה כל הלילה :

*Et venit inter castra Ægyptiorum, & inter castra Israel, & facta est nubes tenebrosa, & illuminauit nocturna, & non sibi appropinquauerunt tota nocte.*

Verfus III.

ויט משה את ידו על הים ויילך יהוה את הים ברנה קדים ויהי כל הלילה וישם את הים להרכה ויבקעו המים :

*Et extendit Moyses manum suam super mare, & abstulit Dominus mare in vento Orientali Vehemente & vrente tota nocte, & posuit mare in sicca, & diuisæ sunt aquæ. Atque hi sunt tres versus, quorum vnusquisque septuaginta duas literas continet ; ex quorum arcanâ dispositione quomodo septuaginta duarum literarum nomen, seu potius septuaginta duo Dei attributa, Angelorumque, quorum ope Moles mare diuisisse putatur, nomina eruantur, videamus qui explicent Cabalitzæ. Tamen enim Galatius lib. 2. de Arcan. Cathol. verit. totum artificium fuscè doceat, quia tamen Lectoris captui non se accommodat, mearum partium esse ratus sum, id paulò fastus exponere, est enim hoc vnum e præcipuis Cabalæ arcanis.*

Dispositio trium versuum c. 14. Exodi ad eueruenda 72 Dei, & Angelorum nomina. R. Nehunia in Pardes.

Primus versus ויסע, & tertius ויט, scribantur ordine normali seu perpendiculari, progressu literarum naturali ; Secundus versus ויבא ordine primo & tertio parallelo quidem, at inuerso, ita vt vltima litera huius, primis dictorum versuum literis respondeat, prout in sequenti schemate pater. Cuius rei rationem assignat R. Nehunia in Pardes, quòd primus versus exhibeat ordinem חסד Chesed, id est, clementiæ ; vltimus verò רחמים, id est, misericordiæ ; Medius verò versus, cum ad iudicij & seueritatis ordinem pertineat, & quodammodo primis ordinibus contrariari videatur, haud sine ratione, inuersus ponitur. ita Pardes. Alij alias assignant rationes, quas vide apud Rassi, Tarphon, Botrellum. Schema sequitur.

Vides igitur in hoc præsentis schemate, quomodo tres dicti versus, quorum vnusquisque septuaginta duarum literarum, ita digesti sint, vt primus

primus & vltimus recto, medius interfo ordine progrediantur: quomodo præterea singulorum tres literæ, vnum nomen Dei tetragrammaton, conficiant; quibus si in fine vel *י* Lab, vel *ל* El adiuuaueris, produces septuaginta duo virtutum diuinarum signacula, quibus totidem Angeli, omnes rerum creaturarum Classes signant; sunt enim præfides siue in rerum mundanarum administrationem, siue in specierum conseruationem, à diuina providentia constituti, quibus vti nomen Dei in se portant, ita omnia ijs obediunt, omnia ijs sese subiiciunt; quibus nulla vis resistere, vt aiunt, possit. Verùm sciat Lector, sub Angelo lucido interdum nigram caudam reperiri, dum nihil adeo sanctum est, quo humani generis hostis non sub prætextu diuini cultus ad animarum exitium, vtatur; quod fit, quando ad superstitiosos vsus, & Angelorum aduocationem in rebus non licitis, adhibentur: quare (quod semper monui) nullâ ratione, nisi ab Ecclesia approbata, vsurpanda sunt.

*Septuaginta duo Dei nomina ex tribus versibus Exod. 14. capite extracta, de quibus vide Galatinum l. 2. arcanor.*

*Cathol. veritatis.*

	ה	י	ו	ה	ו	1	<i>Vehuiab</i>
	ל	א	י	ל	י	2	<i>Ieliel</i>
Seraphim 1 Chorus.	ל	א	ש	י	ס	3	<i>Sitael</i>
	ה	י	ס	ל	ע	4	<i>Ngbelamiab</i>
	ה	י	ש	ה	ס	5	<i>Mahasiab</i>
	ל	א	ה	ל	ל	6	<i>Lelabel</i>
	ה	י	א	כ	א	7	<i>Achaiab</i>
	ל	א	ה	ה	כ	8	<i>Cabethel</i>
	ל	א	י	ז	ה	9	<i>Haxiel</i>
	ה	י	ו	ל	א	10	<i>Aladiab</i>
Cherubim 2 Chorus.	ה	י	ו	א	ל	11	<i>Lauiiab</i>
	ה	י	ע	ה	ה	12	<i>Hahaiab</i>
	ל	א	ל	ו	י	13	<i>Iezalel</i>
	ל	א	ה	ב	ס	14	<i>Mebabel</i>
	ל	א	י	ר	ה	15	<i>Hariel</i>
	ה	י	ס	ק	ה	16	<i>Hakamiab</i>
	ה	י	ו	א	ל	17	<i>Louiab</i>
	ל	א	י	ל	ך	18	<i>Cabel</i>
	ה	י	ו	ו	ל	19	<i>Lemuiab</i>
Throni 3 Chorus.	ה	י	ל	ה	פ	20	<i>Pabaliab</i>
	ל	א	כ	ל	נ	21	<i>Nelchael</i>
	ל	א	י	י	י	22	<i>Ieiabel</i>
	ל	א	ה	ל	ס	23	<i>Melabel</i>
	ה	י	ו	ה	ה	24	<i>Habuiiab</i>

	ח	י	ה	ה	נ	25	<i>Nithaiab</i>
	ח	י	א	א	ח	26	<i>Haaiab</i>
	ל	א	ח	ד	י	27	<i>Ierathel</i>
<b>Dominaciones</b>	ח	י	ה	א	ש	28	<i>Schebeiah</i>
<b>4 Chorus.</b>	ל	א	י	י	ד	29	<i>Reiaiel</i>
	ל	א	ס	ד	א	30	<i>Omael</i>
	ל	א	ב	ב	ל	31	<i>Lecabel</i>
	ח	י	ד	ש	ו	32	<i>Vafariab</i>
	ח	י	ד	ח	י	33	<i>Iebuiah</i>
	ח	י	ה	ח	ל	34	<i>Lebaiab</i>
	ח	י	ק	ו	כ	35	<i>Chanakiab</i>
<b>Potestates</b>	ל	א	ד	נ	ס	36	<i>Menadel</i>
<b>5 Chorus.</b>	ל	א	י	נ	א	37	<i>Aniel</i>
	ח	י	ס	ע	ה	38	<i>Haamiab</i>
	ל	א	ע	ח	ר	39	<i>Rebael</i>
	ל	א	ד	י	י	40	<i>Ieiaxel</i>
	ל	א	ח	ח	ח	41	<i>Hobael</i>
	ל	א	כ	י	ס	42	<i>Michael</i>
	ח	י	ל	ו	ו	43	<i>Veuaiiab</i>
<b>Virtutes</b>	ח	י	ח	ל	י	44	<i>Ielaiab</i>
<b>6 Chorus.</b>	ח	י	ל	א	ס	45	<i>Sealbiab</i>
	ל	א	י	ד	ע	46	<i>Nghariel</i>
	ח	י	ל	ש	ע	47	<i>Ajaiab</i>
	ל	א	ח	י	ס	48	<i>Mehiel</i>
	ל	א	י	ח	ו	49	<i>Vehuel</i>
	ל	א	י	ע	י	50	<i>Daniel</i>
	ח	י	ס	ח	ח	51	<i>Habafiah</i>
<b>Principatus</b>	ח	י	ס	ס	ע	52	<i>Nghimamiab</i>
<b>7 Chorus.</b>	ל	א	א	ט	נ	53	<i>Nanael</i>
	ל	א	ח	י	נ	54	<i>Nitbael</i>
	ח	י	ח	ע	ס	55	<i>Mebaiab</i>
	ל	א	י	י	ס	56	<i>Pouiel</i>
	ח	י	ס	ס	נ	57	<i>Nemamiab</i>
	ל	א	ל	י	י	58	<i>Ieiael</i>
	ל	א	ח	נ	ח	59	<i>Harabel</i>
<b>Archangeli</b>	ל	א	ד	א	ס	60	<i>Misrael</i>
<b>8 Chorus.</b>	ל	א	ב	ס	ד	61	<i>Vmabael</i>
	ל	א	ח	ח	י	62	<i>Iahabel</i>
	ל	א	ו	נ	ע	63	<i>Nghamuel</i>
	ל	א	י	ד	ס	64	<i>Mehiel</i>
	ח	י	כ	ס	ד	65	<i>Damabiab</i>
	ל	א	ק	נ	ס	66	<i>Mankel</i>
	ל	א	ע	י	א	67	<i>Eiael</i>

Angeli



Atque hæc omnia fuscè in Pardes, ex quo ea decerpimus, pertractantur. Vidimus Nominis septuaginta duarum literarum mytheria; iam vsum quoque horum nominum ex mente Caballicorum tradamus.

Ridiculum  
figmentum  
Cabalarum  
de efficaci-  
72. Deia-  
minum.

Putant Cabalæ Magistri, Deum per huiusmodi septuaginta duo nomina, Angelosque diuinarum virtutum dispensatores, singulari & mirâ quâdam ratione, hominibus ritè dispositis, & mytheriorum sub hisce nominibus latentium peritis sese insinuare, dummodo fide rectâ, & sincerâ intentione ijs in orationibus suis vtantur. Cùm enim secundùm naturæ & gratiæ gradus disposita sint, inde mirum quendam nasci rerum sensibilibus cum insensibilibus consensum & sympathiam putant, quam qui in tanta naturarum diuersitate, ad vnitatem reuocare nouerit, illum credunt per hæc, & Angelos rerum præsidēs, & Deum supremum omnium moderatorem ad suis obsequendum postulatis veluti trahere, & sui iuris facere posse. Nam vt R. Manahem Racanati hoc loco Exodi tradit:

R. Manahem  
Racanati.

אותיות פוחחות למעלה בעיקר המרכבה וחם ממונים  
לעשות כל דבר בהם ופעולתיהם יודעים למקובלים:

*Characteres hi sunt volantes superne in fundamento sapientis spiritualis, & sunt administratorij spiritus seu præfecti ad omnia per eos expedienda, eorumque operationes notæ sunt Cabalisticis.* Hoc R. Akiba ait procedere de throno gloriæ Dei. Quemadmodum enim, ait, Imperator per subordinatos sibi Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles omnia Imperio suo subiecta gubernat, vnus per diuersos riuos in alia & alia Regni sui membra influens; ita Deus Optimus Maximus per diuersos Angelorum ordines, omnia quæ Mundi ambitu concluduntur, moderatur, iuxta illud Danielis:

R. Akiba.

ובמצבה עבר כחל שמיא ודארואל:

*Et secundùm voluntatem suam facit in exercitu caelorum, & habitatoribus terræ.* Sed vt ad institutum reuertamur;

Sunt hæc septuaginta duo nomina instar instrumenti septuaginta duarum chordarum harmonicè aptatarum, in quo sicut non quolibet cum quibuslibet consonant, vt fuscè nos in decachordo naturæ Musurgicæ nostræ vniuersalis demonstrauiamus, sed quæ certam & concinnam proportionem ad se inuicem habent, intentam harmoniam perficiunt; ita non pro quibuslibet rebus, quolibet nomina pronuntianda esse sentiunt, sed ea, quæ ad res quas postulant, occultam quandam proportionem & sympathiam habent. Sic Angelus ignis ad fidei suæ commissum elementum, occultam proportionem habet, vt signans ad signatum; quam proportionem qui nouerit, facile dicunt Cabalici, se ab omni ignis damno liberare poterit, ritè illum inuocando: Hinc Cabalici ex libro Psalmorum nonnullas sententias, non tam humanâ, quàm, vt putant, diuinâ prouidentia mortalium fragilitati traditas receperunt, quarum singulæ, dum vnum ex dictis Dei Angelorumque nominibus, vnâ cum nomine Dei tetragrammato, (vno non sine causa, quod initium Geneseos refert, excepto) inclusum tenent, eas summâ & omninò superstitiosâ obseruatione, in aduersitatibus quibuscunque ad malorum fugam, bonorumque, &

Superstitiosa  
Cabalarum  
deuocio-  
recitandis  
quibusdam  
Psalmorum  
sententijs.

cha-

charismatum diuinorum affectionem, spe plenâ, & fide summâ in Deum erecti, de Angelo ad Angelum, vti per Scalam quandam Iacob, ascendentes, recitare consueverunt.

Habet hæc Scala, vti diximus, septuaginta duos gradus; quilibet autem versus vnum gradum notat; eorum vnusquisque tres continet sacros characteres, ex quibus diuini Spiritus inspiratione vnum conflatur signaculum, summâ reuerentiâ, vt dicunt, colendum, obseruandumque, tribus literis formatum, cui esse perhibent inclusum Dei Angelum, diuini nominis maiestate insignitum. Hi autem sunt septuaginta duo Angeli, qui descendunt & ascendunt; in quorum virtutes augustum diuinitatis nomen שם המפורש Schem hammephorasch resoluitur, & eisdem Angelicis tandem syllabis instauratur; non quod resolutum desierit esse nomen, aut quod instauratum esse cœperit, sed quod veluti Sol radorum multiplicatione, & diffusidumini conuersione, omnia impleat: Quod enim in sensibili Mundo Sol, hoc in insensibili Deus. Sed ne quicquam omisisse videamur, dictos 72 versus, singulos nomine Dei, & Angelorum signatos, apponemus, postea quoque iudicium nostrum circa ea apposituri.

Septuaginta duo versus ex diuersis Psalmis extracti, quibus dicta Dei, Angelorumque nomina continentur; collecti ex variorum Rabbidorum monumentis.

Nomina Angelorum cum adiectione הוה Iah vel הוה el.



- |                 |      |   |           |
|-----------------|------|---|-----------|
| Deus Exaltator. | והוה | ואהוה יהוה מגן בעדי כבודי ומרים ראשי  | 1 Versus. |
|                 |      | <i>Et tu Domine susceptor meus es, gloria mea, exaltans caput meum.</i> Pf. 3. v. 4.                          |           |
| Auxiliator.     | והוה | זאתה יהוה אל חרחק אילתתי לעזרתי חושח  | 2 Versus. |
|                 |      | <i>Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defensionem meam conspice.</i> Pf. 21. v. 20.        |           |
| Spes.           | מיש  | אומר ליהוה מחסי ומצודתי אלהי אבטח בו  | 3 Versus. |
|                 |      | <i>Dicam Domino, susceptor meus es, &amp; refugium meum, Deus meus, sperabo in eum.</i> Pf. 90. v. 2.         |           |
| Absconditus.    | עלם  | שובה יהוה חלצה נפשי חושח עיני למען חסודך  | 4 Versus. |
|                 |      | <i>Conuertere Domine, eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.</i> Pf. 6. v. 5.           |           |
| Saluator.       | פחש  | דרשתי אה יהוה וענני מכל בגודותי הצילני  | 5 Versus. |
|                 |      | <i>Exquisiui Dominum, &amp; exaudiuit me, &amp; ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.</i> Pf. 33. v. 5. |           |

זמר

6 Versus.	Laudabilis ללח	זמרו ליהוה יושב ציון הניחו בעמים על יל רחמי : <i>Psallite Domino, qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius. Pl. 9. 12.</i>
7 Versus.	Longanimis אמא	רחום ורחנו יהוה אך אפים ורב חסד : <i>Miserator &amp; misericors Dominus, longanimus, &amp; multum misericors. Pl. 102. v. 8.</i>
8 Versus.	Adorandus כחה	באו נשתחוהו ונכרעה לפני יהוה עשינו : <i>Venite adoremus &amp; procidamus ante faciem Domini, qui fecit nos. Pl. 94. v. 6.</i>
9 Versus.	Misericors חח	זכור רחמיך יהוה וחסדיך כי מעולם הנה : <i>Reminiscere miserationum tuarum Domine, &amp; misericordiarum tuarum quae à seculo sunt. Pl. 24. 6.</i>
10 Versus.	Propitiabilis אלד	יהי חסדך יהוה עלינו באשר יחלנו כך : <i>Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te. Pl. 32. v. 22.</i>
11 Versus.	Exaltandus לאו	חי יהוה צורי ויהוה אל הי ישעי : <i>Vivit Dominus, &amp; benedictus Deus meus, &amp; exaltetur Deus salutis meae. Pl. 17. 47.</i>
12 Versus.	Refugium חח	למה יהוה העמד ברחוק העלים לעתה בצרה : <i>Vt quid Domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus, in tribulatione? Pl. 10. 1.</i>
13 Versus.	Super omnia decantabilis יול	חלעו ליהוה כל הארץ פזחו ורננו ולמדו : <i>Jubilate Domino omnis terra, cantate, exultate, &amp; psallite. Pl. 97. v. 4.</i>
14 Versus.	Custos & Servator מבח	יהי יהוה משגב לך משגב לעתה בצרה : <i>Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Pl. 9. v. 9.</i>
15 Versus.	Subleuator חרי	יהי יהוה לי למשגב ואלחי לאור מחסי : <i>Et factus est mihi Dominus in refugium, &amp; Deus meus in adiutorium spei meae. Pl. 2. v. 2.</i>
16 Versus.	Erector חקם	יהוה אלחי ישועתי יום צעקה בלילה נגוד : <i>Domine Deus salutis meae, in die clamaui &amp; nocte coram te. Pl. 87. v. 2;</i>
17 Versus.	Mirabilis לאו	יהוה אדוננו מה איר שמך בכל הארץ : <i>Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra! Pl. 8. v. 2.</i>
18 Versus.	Inuocandus כלי	שפטני בצדקתך יהוה אלחי ואל ישמחי לי : <i>Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, &amp; non supergaudeant mihi. Pl. 34. v. 24.</i>
19 Versus.	Festinus ad audiendum לו	קח קולתי יהוה ויש אלי ושמע שועתי : <i>Expectans expectaui Dominum, &amp; intendit mihi. Pl. 39. v. 2.</i>

Redemptor. מלח : ובשם יהוה אקרא אנא יהוה מלטה נפשי : 30 Versus.  
*Et nomen Domini inuocabo, ò Domine, libera animam meam. Pf. 119. v. 2.*

Solus. גלך : ואני עליך בתחתי יהוה אמרתי אלתי אחח : 31 Versus.  
*Ego autem in te speraui Domine, dixi, Deus meus es tu. Pf. 30. v. 15.*

Dextera. ימי : יהוה שמרך יהוה על ידימיך : 32 Versus.  
*Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Pf. 120. v. 5.*

Declinans malum. מזל : יהוה ישמור צאתך ובוואך מעתה ועד עולם : 33 Versus.  
*Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc, nunc, & usque in seculum. Pf. 120. v. 8.*

Bonus ex se ipso. חתי : רצעה יהוה אח יראי ואח המירלים לחסור : 34 Versus.  
*Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eos qui sperant super misericordiam eius. Pf. 35. 5.*

Largitor. נחח : אודח יהוה בכל לבי אספרה כל נפלאותיך : 35 Versus.  
*Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Pf. 9. v. 2.*

Auditor in abscondito. מנח : קראתי בכל לב עניי יהוה חקך אצרה : 36 Versus.  
*Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram. Pf. 118. v. 145.*

Propulsator. רח : חלצני יהוה מאדם רע פאיש חסמים הנצרני : 37 Versus.  
*Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Pf. 139. v. 1.*

Sublator malorum. מאח : אלחים אל חרוק ממני אלתי יהוה לעזרתי חלשתי : 38 Versus.  
*Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice, Pf. 70. v. 12.*

Expectatio. ריי : חנה אלחים עורך לי יהוה בסומכי נפשי : 39 Versus.  
*Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est anima mea. Pf. 53. v. 7.*

Patiens. אום : כי אחח חקתי יהוה ארני מבטחי מנעוריי : 40 Versus.  
*Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea. Pf. 70. v. 5.*

Doctor. לכב : אבא בגבורות יהוה אלחים אוביר צדקתך לבוד : 41 Versus.  
*Introibo in potentiam Domini, Deus memorabor iustitie tue solius. Pf. 70. v. 16.*

Rectus. ושר : כי ישר דבר יהוה וכל מעשיותו באמונה : 42 Versus.  
*Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Pf. 32. v. 4.*

Omnium cognitor. חח : יהוה ירע מהשבות אדם כי חמה חבל : 43 Versus.  
*Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vane sunt. Pf. 83. v. 11.*

- 34 Versus. Clemens. לחח : יהוה ישראל אל יהוה מעתה ועד עולם :  
*Speret Israel in Domino, ex hoc, nunc, & usque in*  
*seculum. Pf. 130. v. 3.*
- 35 Versus. Gaudiosus. דבוק : אחבתי כי ישמע יהוה את קולי החנוני :  
*Dilexi quoniam exaudivit Dominus vocem deprecationis*  
*meae. Pf. 114. v. 1.*
- 36 Versus. Honorabilis. מנו : יהוה אחבתי מעון ביתך ומקום משכן כבודך :  
*Dilexi, decorem domus tuae, & locum habitationis tuae.*  
*Pf. 25. v. 8.*
- 37 Versus. Dominus Virtutum. אני : יהוה אלהים צבאות חשבי האר פניך ונשעיה :  
*Domine Deus virtutum, converte nos, ostende faciem*  
*tuam, & salvi erimus. Pf. 79. v. 4.*
- 38 Versus. Spes omnium finium terrae. חם : כי אתה יהוה מחסן עלינו שמת מעונך :  
*Quoniam tu es, Domine, spes mea, altissimum posuisti*  
*refugium tuum. Pf. 90. v. 9.*
- 39 Versus. Velox ad condonandum. דחץ : שמע יהוה ורחמי היה עתך לי :  
*Audiuit me Dominus, & misertus est mei, Dominus*  
*factus est adiutor meus. Pf. 29. v. 11.*
- 40 Versus. Vinum lætificans. יין : למח יהוה חונח נפש הסחיר פניך ממני :  
*Vt quid Domine repellis animam meam, avertis faciem*  
*tuam à me. Pf. 87. v. 15.*
- 41 Versus. Triunus. חתח : יהוה הצילה נפשי משפת שקר מלשון רמיה :  
*Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua*  
*dolosa. Pf. 119. v. 1.*
- 42 Versus. Quis sicut ille. מי : יהוה כשמך מכל דע ושמך את נשך :  
*Dominus custodiat te ab omni malo, & custodiat ani-*  
*mam tuam. Pf. 120. v. 7.*
- 43 Versus. Rex Dominator. מלך : ואני אלך יהוה שרעתי ובבקר תפלתי תקומך :  
*Et ego ad te, Domine clamavi, & manè oratio mea*  
*preueniet te. Pf. 87. v. 14.*
- 44 Versus. Aeternum manens. ילח : נדבות פני דעה נא יהוה משפטך למדע :  
*Voluntaria oris mei beneplacita sunt Domino, & iudicia*  
*tua doce me. Pf. 118. v. 108.*
- 45 Versus. Motor omnium. מל : אם אמתי משת רגל חסוד יהוה סעודי :  
*Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua Domi-*  
*ne adiuvabit me. Pf. 93. v. 18.*
- 46 Versus. Reuelator. ערן : טוב יהוה לכל ורחמי על כל מעשיו :  
*Bonus Dominus univèrsis, & miserationes eius super*  
*omnia opera eius. Pf. 114. v. 9.*
- 47 Versus. Iustus Index. של : מה גיל מעשך יהוה מאד עמקי משבחך :  
*Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis pro-*  
*fui-*

		<i>funda facta sunt cogitationes tue.</i> Pf. 91. v. 6.	
Pater mittens.	טוה	חודיע יהוה ישועתו לעיני הגוים גילה צדקתו :	48 Versus.
		<i>Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu reuelauit iustitiam suam.</i> Pf. 97. v. 2.	
Magnus & excelsus.	גדול	גדול יהוה ומגלל מאד ולגדלתו אין חקר :	49 Versus.
		<i>Magnus Dominus &amp; laudabilis nimis, &amp; magnitudi- nis eius non est finis.</i> Pf. 144. v. 3.	
Iudex misericors.	דני	חנון ורחום יהוה ארך אפים וגדול חסד :	50 Versus.
		<i>Miserator &amp; misericors Dominus patiens, &amp; multum misericors.</i> Pf. 85. v. 15.	
Secretus impenetrabilis.	החש	יהי כבוד יהוה לעולם ישמח יהוה במעשיו :	51 Versus.
		<i>Sit gloria Domini in seculum, letabitur Dominus in operibus suis.</i> Pf. 103. v. 31.	
Caligine tectus.	עמם	אורה יהוה בעדקתו ואומרה שם יהוה עלייתו :	52 Versus.
		<i>Confitebor Domino secundum iustitiam eius, &amp; psal- lam Nomini Domini altissimi.</i> Pf. 7. v. 18.	
Superborum depressor.	אנן	ידעת יהוה כי צדק משפטיו ואמונה עליהני :	53 Versus.
		<i>Cognoui Domine, quia aequitas iudicia tua ; &amp; in ve- ritate humiliasti me.</i> Pf. 118. v. 75.	
Rex cœlestis.	ניח	יהוה בשמים הכין כסאו ומלכותו בכל משלה :	54 Versus.
		<i>Dominus in celo parauit sedem suam, &amp; regnum ipsius omnibus dominabitur.</i> Pf. 102. v. 19.	
Sempiternus.	מבנה	ואתח יהוה לעולם חשב וזכר לדור ודור :	55 Versus.
		<i>Tu autem Domine in æternum permanes, &amp; memo- riæ tuæ in generationem &amp; generationem.</i> Pf. 103. v. 13.	
Fulciens omnia.	פוי	הומך יהוה לכל הנפלים וזוקף לכל הכפופים :	56 Versus.
		<i>Alleuat Dominus, qui corrunt, &amp; erigit omnes eli- fos.</i> Pf. 144. v. 14.	
Amabilis.	נמס	יראו יהוה בשחו בו עיורם ומגינם הוא :	57 Versus.
		<i>Qui timent Dominum, sperauerunt in eo, adiutor &amp; protector eorum est.</i> Pf. 113. v. 9.	
Auditor gemituum.	ייל	ונפשי נבאלח מאד ואתח יהוה עד מתי :	58 Versus.
		<i>Et anima mea turbata est valdè, sed tu Domine us- quequò.</i> Pf. 6. v. 4.	
Omnia penetrens.	חרה	ממורח שמש עיי מבואר מגלל שם יהוה :	59 Versus.
		<i>A Solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Do- mini.</i> Pf. 112. v. 3.	
Subleuans oppressos.	מצר	צדיק יהוה בכל דרכיו וחסיד בכל מעשיו :	60 Versus.
		<i>Iustus Dominus in omnibus vijs suis, &amp; sanctus in omnibus operibus suis.</i> Pf. 144. v. 17.	

61 Versus.	Super omne nomen.	ומב יהוה	יהוה שם יתון מבינך מצעה ועה עולם : <i>Sic nomen Domini benedictum ex hoc, nunc, &amp; vsque in seculum. Pf. 122. v. 1.</i>
62 Versus.	Ens supre- mum.	יהוה	ראת כי פקודיך אהבתי יהוה בחסדך חייני : <i>Vide quoniam dilexi mandata tua Domine, in miseri- cordia tua viuifica me. Pf. 118. v. 159.</i>
63 Versus.	Manfuetus.	ענו	עבדו את יהוה בשמחה בואו לפניו ברננה : <i>Seruite Domino in letitia, introite in conspectu eius in exultatione. Pf. 99. v. 2.</i>
64 Versus.	Viuificans.	מחי	חנה עין יהוה על יראי לביהלים לחסדו : <i>Ecce oculi Domini super metuentes eum, &amp; in eis, qui sperant super misericordia eius. Pf. 32. v. 18.</i>
65 Versus.	Fons Sapien- tia.	דמב	שובת יהוה עד מתי ונתנם על עבדיך : <i>Conuertere Domine vsquequo, &amp; deprecabilis esto su- per seruos tuos. Pf. 89. v. 13.</i>
66 Versus.	Omnia pa- scens & la- ctens.	מנק	אל חצובני יהוה אלהי אל תרחק ממני : <i>Nè derelinquas me Domine Deus meus, nè discesseris à me. Pf. 21. v. 12.</i>
67 Versus.	Deliciae filio- rum homi- num.	איע	וחלענך על יהוה ויתן לך משאלות לבך : <i>Delectare in Domino, &amp; dabit tibi petitiones cordis tuæ. Pf. 36. v. 4.</i>
68 Versus.	Liberalissi- mus Dator.	חבר	חודו יהוה כי טוב כי לעולם חסדו : <i>Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in se- culum misericordia eius. Pf. 105. v. 1.</i>
69 Versus.	Omnia vi- dens.	ראח	יהוה מנת חלקי וכוסית אתה תומיך גור לי : <i>Dominus pars hereditatis meæ &amp; calicis mei, tu es, qui restituis hereditatem meam mihi. Pf. 15. 5.</i>
70 Versus.	Verbo om- nia produ- cens.	יבם	בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ : <i>In principio creauit Deus cælum &amp; terram. Gen. 1.</i>
71 Versus.	Dominus vniuersorum.	היי	אודה יהוה מאד בפני ובחודך רבים אהללנו : <i>Confitebor Domino nimis in ore meo, &amp; in medio multorum laudabo eum. Pf. 108. v. 30.</i>
72 Versus.	Finis vniuer- sorum.	דום	שרבי נפשי למנוחתי כי יהוה גמל עליכי : <i>Conuertere Domine in requiem tuam, quia Dominus be- nefecit tibi. Pf. 114. v. 7.</i>

Atque hæc sunt septuaginta duo nomina sub vno Dei nomine tetragrammato comprehensa, vti versus septuaginta duo ex varijs Psalmorum locis extracti satis declarant, à quorum singulis inuenies nomen Dei tetragrammaton יהוה, & præterea vnum ex istis nominibus, quæ ex Cabalica dispositione trium versuum Exodi 14. יוסע ויבא ויש עמער-

emerferunt; quæ vt facilius inuenirentur, primò nomen Dei tetragrammaton *יהוה*, deinde nomen Dei, vel Angeli ex dictis versibus excerpti, singula maiusculis expressimus. Sic in primo versu inuenies nomen Dei *יהוה*, deinde *יהוה* nomen Dei vel Angeli pariter maiusculis expressum, quod & in prima columna ante versum vnà cum interpretatione eius posuimus; & sic in singulis versibus processimus. Porro sunt ex secretioribus Cabalisticis, qui dicta 72 nomina multis alijs modis per combinationem tabulæ Ziruph variant; ita commutatio per Abgad instituta, dat aliam combinationem; per Atbasch aliam, & sic de cæteris; de quibus vide Tarphon & Botrellum in libro Ietsirah. Vocales verò sine puncta singulis vocalibus affixa, eadem sunt cum punctis, quæ affinguntur literis in tribus versibus citatis correspondentibus, vt rem examinanti patebit. Scias quoque, nomina Latina, quæ nominibus ex tribus Exodi versibus extracta correspondent, non explicare nomina illa trilittera, sed versus Psalmorum ex quibus extrahuntur; adeo quidem, vt ista nomina trilittera tantum signa quædam sint septuaginta duorum versuum sub quibus latent.

Nota hic Lector, quòd tametsi in dictis 72 nominibus nihil, in quantum præcisè attributa Dei explicant, periculi existat; quia tamen Rabbini inter terminos legitimos contineri nesciunt, multa inde concludunt, atque adeo ipsos Christianos docent, quæ periculo non careant, imò tanquam animabus perniciosas, vt dum eadem ad varia phylacteria & amuleta, superstitionis obseruantijs referta, adhibent; meritò Christiano homini & verè Catholico eorum vsus prohibitus esse debeat. Adde prædictam 72 nominum ex versibus Psalmorum extractionem esse merum Rabbidorum figmentum; quod vel inde patet, quòd vix vllus Psalmus sit, in quo non eadem reperire liceat nominum figmenta trisyllaborum; ac proinde non tanti facienda sunt, quanti Rabbini putant.